

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80397-24*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

MEYER, OSCAR

TITLE:

QUAESTIONES
HOMERICAE...

PLACE:

BONNAE

DATE:

[1867]

Master Negative #

91-80397-24

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88HD Meyer, Oscar, 1844-
Z92 Qvaestiones Homericae, specimen privs. Dis-
sertatio philologica quam ... scripsit et ...
pvblice defendet Oscar Meyer ... Bonnae, for-
mis C. Georgi [1867]
25 p. 21½ cm.

Thesis, Bonn, 1867.

107001

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IA IB IIB
DATE FILMED: 12-27-91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIM

Association for Information and Image Management




1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

88 HJ
792

QVAESTIONES HOMERICAE
SPECIMEN PRIVS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE

FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET VNA CVM SENTENTHS CONTROVERSIS

DIE XVI MENSIS NOVEMBR. A. MDCCCLXVII

PVBlice DEFENDET

OSCAR MEYER /

HAMBVRGENSIS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

GVILELMVS SOLTAV HAMBVRGENSIS.

LEOPOLDVS SCHMIDT HAMRVGENSIS.

IVLIVS FISCHER FLAMERSHEIMENSIS.

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGI.

**CHRISTIANO LASSEN
IOANNI GILDEMEISTER
RVDOLFO ROTH**

PIETATIS CAUSA.

Nomen $\nu\lambda\iota\omicron\varsigma$ in numerum earum vocum esse redigendum quae apud Homerum digammo ν erant instructae, iam intellexerunt omnes viri docti, qui de hac litera spiranti eiusque usu in carminibus Homericis quaestionem instituerunt, cum ad literam Aeolicam confugerent, ut metricas difficultates, voce $\nu\lambda\iota\omicron\varsigma$ ortas, removerent. Sic Hoffmannus (Quaestiones Homerae II. 28) et Peters (Quaestiones etymologicae et grammaticae de usu et vi digammatis eiusque immutationibus in lingua Graeca Berol. 1864) p. 20 F nomini $\nu\lambda\iota\omicron\varsigma$ tribuerunt, atque Bekkerus in altera carminum Homericorum recensione digamma, quo $\nu\lambda\iota\omicron\varsigma$ instruxit, in textum recepit. Sed cum e linguarum cognatarum comparatione nondum allata sint gravia argumenta, quibus sententia eorum, qui digamma huic voci infuisse dicunt, firmatur, de huius nominis origine accurate agere mihi liceat; constatenim, literam spirantem, quae est labialis, tum demum in initio vocum iustum ac certum locum obtinere, cum argumenta, quae e re metrica repetita huic literae favent, derivatione etymologica, linguis cognatis adiuvantibus confirmentur.

Si rationem habemus rei metricae, qualis est apud Homerum, multae extant causae, quae nos movent, ut vocem $\nu\lambda\iota\omicron\varsigma$ a litera spiranti inchoavisse statuamus. Efficit enim hoc nomen, quod in Iliade centum quinque locis legitur, in fine pedis tertii vicies hiatum, qui non ex ipsa versus sede iustam nanciscitur excusationem, cf. $\pi\rho\sigma\tau\iota$

Ἴλιον Γ 305, 313. Ζ 113. Θ 295. 499. Μ 115. Ν 724. Ξ 46. Π 92. Ρ 396. Σ 174. Τ 156. Φ 561. Ψ 64. Ω 330. ἐπὶ Ἴλιον Ψ 297. ὅτε Ἴλιον Ε 210. Ζ 461. Φ 81. 156, quibus duobus locis legimus ὅτε Ἴλιον pro ὄτ' ἐς Ἴλιον. κατὰ Ἴλιον Θ 131. In fine pedis quarti, qui versus locus Hoffmanno duce (cf. I p. 90). hiatui iustissimum affert auxilium, semel et vicies eadem vox brevem syllabam in literam vocalem desinentem excipit cf. Β 216. 249. 673. Α 46. 416. Ζ 403. Η 82. 413. 429. Θ 551. 561. Κ 12. Ν 657. Ρ 159. 163. 193. Φ 442. 515. Ω 27. 145. 383. Eandem metricam difficultatem etiam invenimus in fine pedis primi, quae versus sedes eodem Hoffmanno teste (I p. 91.), hiatui veniam dat. cf. Φ 295. πρὶν κατὰ Ἰλιόφιον Longae syllabae in vocalem literam aut diphthongum exeuntes productionem ante Ἴλιος servant, quod nobis maximae offensionis esse debet, praesertim cum thesis locum obtineant. cf. Ζ 478. 493. Α 164. Ζ 96. 277. 448. Υ 216. Ρ 145. (cum Bekkero² lege λαοῖς, οἱ Ἰλίῳ pro λαοῖσι, τοῖς Ἰλ.). Ω 67 (οἱ Ἰλίῳ εἰσὶν pro ἐν Ἰλίῳ εἰσὶν) Accedit, quod praepositio ἐς ante Ἴλιος productam se praestat Α 196, 230. Ν 175. Ο 169. 550. Ω 143 neque aliter res se habet X 17, ubi πρὶν producitur. Praeterea ν ἐφελκυστικῶν deletο, Ἴλιος locis qui sunt Ε 648. Ξ 251. Σ 58. 439, digamma amplectitur; idem ist in initio versus, ubi hoc nomen locis triginta quinque legitur: Β 113. 133. 288. Α 33. Ε 551. 642. 716. Ζ 60. 74. Η 20. 31. Θ 288. Ι 20. 49. 402. 419. 686. Ν 380. 717. 773. Ο 66. 71. 215. 558. Η 576. Ρ 320. 328. 337. Σ 327. Φ 104. 433. 588. Χ 6. 411. Ω 620. Sexies vox nostra literam Aeolicam prorsus aspernatur. Ε 204. Ζ 386. Η 345. Ν 349. Σ 270. Φ 128.

Locorum numerum si consideramus, literam spirantem in voce Ἴλιος valuisse dicamus necesse est; haec enim litera sola prohibere poterat, quin ne uno quidem loco in Iliade elisio earum praepositionum, quae in vocalem desinunt, inveniretur. Si quaerimus, quae fuerit illa

litera initialis, argumenta, quae e linguarum cognatarum comparatione afferam, vocem Ἴλιος a digamma inchoavisse demonstrabunt. Itaque cum quaestionem de origine nominis Ἴλιος suscipiamus, primum nobis statuendum est, epitheta, quibus ornatam hanc vocem in Iliade invenimus, ad nostram quaestionem illustrandam non multum valere, cum sint eiusmodi, ut ex eorum natura et notione nihil certi de nomine Ἴλιος concludere possimus. Sunt enim haec: ἀπεινή (I 419. 686. Ν 773. Ο 215. 558. Ρ 328.) ἰρή (Α 46. 164. 416. Ε 648. Ζ 96. 277. 448. Η 20. 82. 413. 429. Α 196. Ν 657. Ο 169. Ρ 193. Υ 216. Φ 128. 515. Ω 27. 143. 383.) ἡγεμόεσσα (Γ 305. Θ 499. Μ 115. Ν 724. Π 92. Σ 174. Ψ 64. 297.) ὀφρυόεσσα (Χ 411) εὐτείχεος (Β 113, 288. Ε 716. Ι 20.). Id unum his adiectivis ostenditur, Ilium fuisse urbem in alta terrae regione sitam atque muris circumdatam; neque magis verbis Prelleri (Gr. Mythol. II. p. 375): *Der Name Illion scheint nur eine örtliche Bedeutung zu haben, dagegen der von Troia auf den Volksstamm der Troer deutet* in radice, quae sub nomine Ἴλιος occulta est, enucleanda adiuvor, cum eius argumentatio certo fundamento careat. Itaque aliam viam ingressus ad veram originem huius nominis pervenire conabor.

Iam quicumque in rebus mythologicis populorum Indo-Germanorum examinandis versatur, summum argumentum, quod antiquis carminibus epicis singulorum populorum continetur, mythos amplecti concedet, quibus postea adduntur descriptiones earum rerum, quas populi re vera gesserunt. Illos autem mythos si per se atque a descriptione aliarum rerum separatos consideramus, antiquissimis temporibus tantum viribus, quae sub natura latent, illustrandis inservire, nostra aetate satis constat, cum mythologia comparativa a vedicis illis hymnis, quos Indi nobis servarunt, profecta, satis certis argumentis hanc sententiam firmaverit. Primum dei singulis viribus naturae substituuntur, quibus substituti posteaquam homi-

nes legem et moralem et naturalem nullo omnino discrimine alteram ab altera separatam esse senserunt, etiam ad principia ethica repraesentanda adhibentur. Non aliter res se habet in lingua humana, quae eisdem vocibus, quibus primum res, quae ad naturam pertinent, describit, ad res, quae tantum cogitatione concipi possunt, designandas utitur. Lectori in memoriam revoco voces „lux“ et „tenebrae,“ quae, nisi ad diei naturam describendam adhibentur, notionem boni et mali amplectuntur. De illa primitiva deorum natura nihil amplius statuere possemus, nisi vedici hymni Indorum nobis servati essent ubi antiquissimas et simplicissimas cogitationes, quibus homines deorum naturam concipiebant, invenimus. Apud Graecos vedicae poësi accurate responderet illud lyricae poeseos genus, quod ante Homeri tempora sub mythicis nominibus, Lini, Eumolpi, Orphei, aliorum floruit. Cum autem hoc primum atque antiquissimum poeseos genus, quo nobis purissima et simplicissima consideratio naturae rerum, qualis erat apud populos Indo-Germanorum, describitur, tantum ab Indis atque a Persis servatum sit, in vedicis hymnis atque in libris, qui dicuntur „Zend-avesta“ multa vestigia inveniri, quae si persequimur, etiam rebus mythologicis aliorum populorum, praecipue Graecorum et Germanorum, claram lucem afferunt, non est quod miremur. In carminibus epicis, quae, post hoc primum genus lyricae poeseos composita, res mythologicas ex illis lyricis hymnis ad se recipiunt, primitiva deorum natura iam turbata, ut ita dicam, atque confusam speciem prae se fert, cum dei a coelo ad terram revocati ita ad hominum naturam se accommodaverint, ut nobis nunquam fere divina natura deorum in animum revocetur, quia secundum humanam res gerere videntur. cf. Ofr. Müller: Prolegom. z. gr. Myth. p. 84. Homines cum deos ad terram revocent, suamque naturam sublimiore specie praeditam cum eis communicent, ad

eos tanquam auctores gentium, quibus olim in terris praefuerunt, confugiunt. Exemplum afferam, quo nullum maioris momenti esse potest ad hanc quaestionem illustrandam. E. Burnouf, princeps ille philologorum qui res Aricas tractaverunt, satis certe demonstravit, clarissima illa regum nomina, quae in epica Persarum poësi extant, Yemshid, Ferêdun, Garshasp eadem esse ac Yima-kshaêta, Thraêtôna, Kêrêçâçpa, qui heroes in libris, qui nominantur Zend-avesta, primum locum obtinent; neque minus certe idem vir doctus ostendit, in vedica Indorum poësi eorum heroum partes suscipere Yamam, Tritam, Kriçâçvam, quae nomina una cum eis, quae in lingua Zendica inveniuntur ad eandem stirpem referenda esse constat. Quomodo autem factum sit, ut illi, quos modo dixi, vedici dei postea apud Persas regum munere functi describerentur, perlucide apparet e nomine Ferêdun. Ferêdun enim, quae vox e nomine Zendico „Thraêtôna“ ita oriebatur, ut litera „th“ in „ph“ mutaretur (Phrêdûna), eandem stirpem prae se fert, quae latet sub skritico „Trita.“ Nomen enim „Traitana“, quod semel in vedicis hymnis extat, atque a „Trita“ derivatum est, voci Zendicae „Thraêtôna“ intimum conexum cum skritico „Trita“ intercedere ostendit. Hic „Trita“ in vedica poësi „Âptya“ nominatur, non aliter ac „Thraêtôna“, qui in libris Zendicis filius „Âthwyae“ dicitur. Deus „Trita“ eodem modo, quo Indra, apud Indos daemonem, qui nominatur „ahi“ (i. e. ἔχιδ) aut „vrtra“ interficit, ita ut vaccae, quae ab hoc daemone retentae erant, liberentur atque in potestatem dei „Tritae“ rursus redigantur. Si quaerimus, cui rei illustrandae hic mythus inserviat, statuere debemus, hoc mytho nihil aliud describi, atque eam rem, quae eo continetur, quod fulmen nubes (haec enim sunt vaccae a daemonibus retentae) perfringit, ita ut nubibus discussis pluvia effundatur atque agri fertilitate et ubertate ornentur. Est igitur pugna lucis contra tenebras, qualis in na-

tura apparet. In libris Zendicis Thraêtôna daemonem, qui nominatur „azhi“ dahâka, etiam interficit; azhi autem eandem stirpem amplectitur, quae inest voci skriticae „ahi.“ Cum in vedicis hymnis vim naturalem, quae in hoc mytho valet, sinceram atque plurissimam nobis servatam esse constet, in Zendica poësi ad considerationem naturam contemplationem ab ethicis principiis profectam accedere non negare possumus, quae cum paulatim sensum naturalem, qui mytho nostro antiquitus describebatur, superaret, eodem mytho usa est, ad pugnam boni malique, qua homines in terris semper sunt illigati illustrandam. Azhi enim dahâka, qui puritatem (zd. asha) i. e. bonum in mundo delere vult, a Thraêtôna, puritatis defensore, vincitur. Iam ad epicam poësin animum advertamus, quae nobis servata est in Firdusii libro, qui est inscriptus: Shâhnâme (i. e. regum liber). Hic Ferêdum sub tyranno, qui nominatur „Zohâk“ nascitur. Quia autem Ferêdunem regno tyranni perniciem moliturum esse vates cecinerunt, Zohâk illi puero insidiis collocatis patrem filii loco interficit. Ferêdun, ut patrem ulciscatur, exercitu coacto, duce Kaweio (Kawe). contra arcem Zohâkii proficiscitur, quam, cum tyrannus non adsit, una cum illius uxoribus captam in suam dicionem redigit. Tum victor Ferêdun tyrannum, qui venit, ut arcem et uxores rursus recipiat, clava vulneratum in monte, qui dicitur Demâvend, captum tenet, cum auctore genio, qui nominatur Serosh, eum interfici non iubeat, atque regis munere apud Persas fungitur. Zohâk tyrannus in hoc carmine easdem partes suscipit, quas in libris Zendicis obtinet Azhi dahâka, atque re vera illud nomen Zohâk e zendica voce mutilatum esse constat. Si nobis non vedici hymni et libri Zendici servati essent, ex hac epica descriptione colligeremus necesse esset, regnum Persarum re vera olim alieno tyranno auctore rebus angustis impeditum fuisse, quae calamitas eo removeretur, quod iustus domi-

nus Ferêdun, cum tyrannum delevisset, regnum recuperare. Sed ut memoriam rerum re vera gestarum hoc carmine contineri negemus, monent nos clarissimi vedici hymni, quibus quid de nominibus „Ferêdun“ et „Zohâk“ iudicandum sit, clare perlucideque ostenditur. Sic epos a coelo ad terram revocatur! (cf. R. Roth in Zeitschr. d. deutsch. Morgldisch. Gesellsch. Bd. II. p. 216 sq.). Eodem modo apud Latinos deus Saturnus rex describebatur cf. Preller: Röm. Myth. p. 410. quamquam Saturnum in Latio easdem vices gessisse satis constat, quas in vedica poësi deus Solis „Savitri“ suscipit. Habemus enim in lingua skritica radicem „su“, quae in duo verba diffluit. Alterum su (savâmi) sensum gignendi et animandi amplectitur; alteri inest notio somam exprimendi; quia enim paratio libaminis, quod dicitur „soma“, hominis procreationi comparatur, illud verbum su (sunômi) hanc nactus est significationem cf. Benfey: Glossar. z. Sam. Ved. p. 196. Verbum igitur su, savâmi notionem gignendi ita describit, ut omnium rerum ratio habeatur, cum verbo su, sunômi, hanc notionem, ad certam rem spectantem, contineri constet. Ut autem haec duo verba ad eandem radicem referenda esse statuamus, nos movet lingua Zendica. Hic unum verbum „hu, hunâmi“, notionem gignendi et somam exprimendi amplectitur cf. Iusti: Handb. d. Zdsprache p. 326. Itaque cum ad verbum „su“ „sunômi“ — hoc enim cum praepositione abhi coniunctum etiam „adspargere“ significat — Graecum *ῥεῖν* pertineat, (cf. Curt. Grdzüge p. 353). Potitium secuto mihi persuasum est, sensum primitivum radicis „su“, a quae „savâmi“ et „sunômi“ derivantur, fuisse: „humorem emittere“ cf. Kuhn Ztsch. VI. p. 365. Atque haec duo verba ex eadem radice originem duxisse, etiam etymologica, quam proponemus, derivatione vocis „Saturnus“ confirmatur. In lingua Indica nomen dei solis est: „Savitar“, quae vox eadem ratione, qua „bhavitar“ a „bhu“, a radice „su“ derivanda est (cf. Panini I, 1. 6.).

Hoc nomen nihil aliud describere vult quam facultatem dei, omnia animalia procreandi, procreatis vigorem addendi, atque homines salute et felicitate afficiendi in rebus, quae ad agriculturam atque ad victum cibosque comparandos pertinent. Nostrates nomen vertant „Beleber“ i. e. „admonitor operum“ (Ovid.) Eisdem vices in Latina mythologia gerit Saturnus. Idem est sol, qui efficit, ut segetes incrementa capiant. Itaque Prellerus; Röm. Mythol. p. 409 recte disputat: *Ist Ops deutlich genug die gütige Mutter Erde, so ist Saturn ebenso deutlich der männliche Erdgott, zunächst als Gott der Staaten*, sed quod affert, argumentum ¹⁾ certo fundamento caret; nam in „satus“ et „satio“ a breve est, quod in „Saturnus“ longum esse intellegemus; neque minus improbanda est sententia, quam Schwegler: Röm. Gesch. im Zeitalter der Könige. Erst. Abth. p. 224. de origine huius vocis protulit; dicit enim: *Die Wurzel des Namens scheint hiernach nicht sator, oder ein mit sero zusammenhängendes Etymon, sondern satur zu sein. Saturn ist der Satte, mit Lebenskräften Gesättigte, wie seine Gattin Ops die Volle oder Reiche*; quae disputatio certis argumentis non nititur, primum quod a in „satur“ breve est, deinde, quod sensus vocis „satur“ non bene cum natura dei Saturni conciliari potest. Nobis autem constat, a longum in „Saturnus“ originem duxisse e contractione vocalium „ae“, quae adhuc in antiqua nominis forma „Saeturni“ ²⁾ invenimus. Inter „a et e“ litera vocalis v amissa est, ita ut forma primitiva esset „Saveturnus.“ Ut autem „cloaca“ scribitur pro antiquiore forma „clovaca“ (Corssen: Ueb. Ausspr. Vcolism. etc. I p. 175). ita „Saeturnus“ pro „Saveturnus“ scriptum habemus. Literam autem v excidisse perlucide

1) »Denn Saturn ist abzuleiten a satu und a sationibus.«

2) Cf. Ritschl: De fictilibus literatis Latinorum antiquissimis quaeest. grammat. Berol. 1853. »Saeturni pocolom.«

apparet e forma Umbrica „savitu“ *ἰερός*, quae, cum ad eandem stirpem pertineat, quae latet sub Graeco „*ἰεῖν*“ et skritico „su“ (sunômi), duo verba „savâmi“ et „sunômi“ intima affinitate coniuncta esse demonstrat. „e“ in „Saeturnus“ skritico „i“ in „savitar“ respondet, quarum vocalium natura eo continetur, quod terminationem cum stirpe „sav.“ coniungunt. Si quaerimus, unde orta sit terminatio „turnus“, nobis statuendum est, „turnus“ amplificatam praebere formam, quae e latino „tor“ i. e. skr. „tar“ eodem modo originem duxit, quo „taciturnus“ e substantivo, quod statuamus necesse est „tacitor“ derivandum esse demonstravit Schweizer: K. Zischr. III. p. 385. Iam cum pro certo habeamus, Saturnum fuisse vim naturae in procreandis plantis manifestam (cf. Schwegler. l. c. p. 224. Anm. 7). quod nomen magis aptum erat ad huius dei naturam describendam, quam nomen „genitoris“, quam notionem voci „Saturnus“ inesse ostendimus! Ad eandem radicem „su“ („sav“) etiam pertinere suspicor „Consiva, Con-siv-ia“, quod nomen deae, quae nominatur Ops, attribuitur (cf. Schwegler. l. c. p. 224. Anm. 9), praesertim, cum, si Schweglerum sequimur, illi nomini insit notio procreandi et pariendi; neque minus certe huc refero nomen deae „Sif“, quam in mythologia Scandinavica easdem partes suscipere constat, quas „Ops“ in mythologia Latina obtinet.

Quia iam in carminibus epicis, ut ita dicam, res divinae artissime cum rebus a populo gestis conexae esse videntur, mythum ab historia separaturis maximae existunt difficultates, quae eo celerius ut removeantur fore spero, quo clarior lux ex oriente nobis affertur. Iam ratione, quam in rebus mythologicis tractandis atque in epica poësi diiudicanda sequemur, exposita, videamus quid de epico carmine Graecorum. — dico Iliadem — nobis statuendum sit. Ego quidem non dubito, quin summum argumentum, quod Iliade continetur, ad mythum naturalem referendum

sit, ad cuius significationem illustrandam non paulum valere puto etymologicam derivationem nominis *Ἰατος*, quam proponemus. Itaque viam, qua ad etymologiam huius vocis venerim, describam.

In vedicis hymnis semper pugnae deorum, qui lucem repraesentant, contra daemones, qui luci insidias collocant describuntur. Vaccae, quae sunt illorum deorum, a daemonibus, qui dicuntur: vrtrâni, dâsâs, paṇayas etc. Indrae, deo locis, ereptae in occultis arcibus retinentur, donec Indra illorum daemonum arcibus captis vaccas rursus recipiat. Hoc mytho, qui pugnam lucis contra tenebras, qualis est in natura, describit, summum argumentum continetur, quod in maxima parte hymnorum vedicorum tractatur. Etiam apud Graecos hic mythus invenitur. Quid enim aliud significare volunt greges Apollinis, quae ab Herme rapiuntur? cf. Preller.: Gr. Myth. I, 303. atque boves, qui a Caco Herculi erepti, postquam Cacus interceptus est, rursus in Herculis potestatem perveniunt? cf. Preller.: Röm. Mythol. p. 648. In vedica descriptione huius mythi ad illum locum, ubi vaccae (i. e. lux) occultae tenentur, designandum complures adhibentur voces. Sic ille locus, cum buvili comparetur, „vraḡa“ dicitur: cf. Rg. Vg. 4, 51. 2.

vi vraḡasya tamasas dvârâ urvan (sc. Ushâsas).

aperiebant buvilis portas obscuras (sc. Aurorae).

Tum vox skritica adri eidem rei describendae inservit. adri primum lapidem, deinde montem significat; quoniam nubes in Vedis saepissime montibus comparantur, haec vox etiam idem valet, quod nubes (Gewölk).

cf. Bhtlgk und Roth; Sskrit Wrterbuch I. p. 133.

cf. Rg. Vg. I, 62, 2.

brhaspatir bhinadadrin vidadgâ: „Brihaspatir montem scidit vaccasque invenit.“

Praeterea drlha (part. praet. a. verb. „darh“). „arcem“ significat, qua vaccae retinentur.

cf. Rg. Vd. 3. 45. 2.

indro drlhâ cid aruḡa:

Indra arces evertit (arcium eversor fuit).

l. c. 8. 45. 13.

vidmâ hi tvâ — drlhâ cidaruḡam.

Te, o Indra) novimus eversorem arcium.

cf. Bhtlgk. und Roth. III. p. 542.

Eodem sensu, quo adri, vraḡa, drlha in vedicis hymnis leguntur, etiam utitur vox „vîlu.“ Haec vox originem ducit a verbo „vid“; lingualem autem literam d, si inter duas vocales locum obtinet, saepissime in lingualem l transire constat. Non aliter res se habet in voce „drlha“, in qua l vices literae d gerit, atque in „mrlata 1)“, quae forma stat pro mrdata cf. Rg. Vd. 8, 18. 13. et in „avolham“ pro avodham cf. Rg. Vd. 8. 5. 10. Radici, quae sub voce vîlu latet, inest notio: „firmum esse“ cf. Rg. Vd. 3. 53, 19.

aksha vîlo vîlita vîlayasva.

„firme axis! firmatus firmus sis!

Rg. Vd. 8. 45. 6.

yadvîlayâsi vîlu tat,

„Quod tu firmum reddis, id firmum est.“

Rg. Vd. 6, 22. 6.

acyutâ cid vîlitâ — ruḡo vi drlhâ

Tu, (o Indra) stabiles atque firmas arces evertis.

Vîlu et adiectivi et substantivi munere fungitur; cf. Rg. Vd. 8, 45. 6, quem locum modo excitavimus, idemque est Rg. Vd. 8, 77. 3. (ed. M. Müller 8, 88. 3), ubi adri hoc epitheto ornatum habes:

1) cf. yag'no hilo vo antara âditya asti mrlata. yushme idvo api shmasi sag'âtye »Sacrificium est apud vos, gaudio nos afficite o Adityae«; sumus enim vestrae gentis (= ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμέν Kleantes ap. Stob. Eclog. phys. p. 8 ed. Meineke).

na tvâ brhanto adrayo varantu vilava.“
non te (Indra) detegant firmi montes (i. e. arces)
sc. daemonum.

Rg. Vd. I. 39. 2.

sthirâ va: santvâyudhâ vilu uta.

arma vestra sunt stabilia et firma.

Substantivi vices vilu gerit: cf.

Rg. Vd. I, 6. 5.

vilu cit ârugâtnubhi: guhâ cit indra vahnihi: avinda:
usriyâ. Cum arces frangentibus ventis tu, o Indra, vaccas
in occulto inveniebas. Eundem versum legis: Sam. Vd.
II, 2. 2. 7. 3. quem Benfey ita vertit: *Mit den die Bur-*
gen brechenden, dsn stürmenden, fandst, Indra, du die
Kühe in der Grotte.

Rg. Vd. 3, 31. 5

vilau satîr abhi dhîrâ atrindan „In arce versatas
(vaccas) liberarunt“ (sc. Angirasas).

Eodem sensu, quo vilu, etiam legitur part. praet.
vilita. cf.

Rg. Vd. 2, 21. 4. açnathnan drlhâvradanta vilîtâ
udgâ âgâd — aguhat tamo vyacâkshatsva: i. e. firmi loci
solvebantur, arces frangebantur, vaccas (Indra) expulit,
tenebras occultas tenuit, coelum hilare reddidit.

Ex his locis perlucide apparet, vocem skriticam
„vilu“ firmum locum i. e. arcem („Feste“) significare;
atque hanc vocem ad eandem stirpem esse referendam,
quae sub nomine Ἰλιος latet, mihi persuasum habeo. In
voce Ἰλιος *ι* semper productum se praestat ita ut stirps
sanskritica „vil“ graecae *Fiλ* accurate respondeat. Si *l*
linguale, quae litera vices *d* lingualis gerit, respicimus,
stirpem primitivam huius vocis *vid* et *vil* fuisse, et forma
Graeca *Fiλ* et ea re efficitur, quod literae linguales, quae
soli linguae skriticae sunt, Boppio duce (Vgl. Gr. I. p. 26)
e dentalibus ortae existimandae sunt. Literas autem *d* et

l in linguis Indo-Germanicis saepissime inter se mutari
posse constat cf. M. Müller. in K. Ztschr. V. p. 152. Anm.
Quamobrem nobis non offensioni esse potest, quod illud
sanskriticum *d* e dentali *d* ortum munere Graecae *λ* fungitur,
praesertim cum nobis in eadem voce *l* una cum *d* serva-
tum sit. Eodem modo Graecae voces *μείλιχος* et *μείλια*
eandem stirpem amplectuntur, quae sub sanskritico verbo
mṛd, *mṛlati* latet; stirps primitiva est: *marl*. cf. Curt.
p. 295. neque aliter res se habet in adiectivo Graeco
χωλός, quod ad radicem, quae inest verbo sanskritico „*khôd*
khôl (claudicare) pertinere demonstravit L. Meyer *Bemerk-*
zur ältst. Gesch. der griech. Mythol. 1857. p. 50. Ut
autem in his vocibus Graeco *λ* in lingua sanskritica literae *d*
et *l* oppositae sunt, ita etiam in eadem lingua stirps *vid*,
vil partes Graecae syllabae *Fiλ* suscepit. Qua de causa
ei, qui fortasse e sanskriticis vocibus *pid* et *nîda*, quas e
pisd et *nîsda* originem duxisse Schleicher (*Compend. der*
Vgl. Gr. p. 173) suspicatur, etiam in voce „vilu“ literam
„S“ amissam esse colligent, viam incertam ingredientur, ut
huic voci rectam afferant explicationem, cum certa attule-
rim exempla, quibus literam lingualem *d* non e *sd* pro-
diisse, linguis cognatis adiuvantibus firmatur. Itaque sans-
kritico vilu eandem stirpem, quae inest Graeco nomini
Fiλιος, contineri etymologica derivatione, quam proposui,
demonstrasse mihi videor. Ut autem Ilium a specie arcis,
quam prae se ferebat, nomen accepit, ita etiam nomen
urbis Dardaniae ab eadem re originem duxisse mihi vide-
tur. Iam supra vidimus, skriticum „*drlham*“ (= *dardham*)
eidem rei describendae inservire, quam significat „vilu.“
Quoniam in Graecorum lingua exempla inveniuntur, quae
literam mediam vices skriticae aspiratae gerere demon-
strant cf.

κίμβη = kumbha.

ἄβραμ = abhram

cf. Curt. p. 461. suspicari ausim, illo drlh i. e. drdh i. e. dardh eandem contineri syllabam, quae sub nomine urbium *Δάρδ-ανος* atque *Δαρδανία* latet. De Dardania, quae urbs iam ante Troiam conditam floruit cf. Y 215 sq. Alia urbs *Δάρδανος*, ad Hellespontum sita, cum arce, quae nominata erat, *Ἄρρα Δαρδανίς* sive *Δαρδάνιος*, nomen suum adhuc servavit in ea voce, qua nos Hellespontum nunc describimus. „Dardanellen.“ cf. Preller: Gr. Mythol. II, 373. Terminatio *ανος* in *Δάρδανος* mihi eadem esse videtur, quam invenimus in *Ἰάρδανος* (H 135) atque *Ἡρίδανος*; et si rationem habemus vocis *Πέργαμος*, quam eandem stirpem, quae inest graeco *φράσσω* gotico *baurga*, *baurgs*. atque germanico „berec“, nobis offerre verisimillimum est, (cf. Curt. p. 262, aliud sentit Pott. Et. Forschg. II, 371). *αμος* in *Πέργ-αμος* idem esse, atque illud *ανος*, nobis persuasum est, cum linguae Graecae non desint exempla, quibus literas m et n inter se mutari posse firmatur. cf. Curt. p. 477 sq. Ut autem *Φίλιος* re vera non a conditore *Ἰλιος* nomen accepit, sed *Ἰλιος*, eadem ratione qua Romulus a Roma, ab urbis nomine *Ἰλιος* originem duxit, ita etiam nomen urbis *Δαρδανία*, quod e *Δάρδανος* amplificatum esse mihi videtur, ut speciem formae ab heroe Dardano derivatae prae se ferat, effecit ut urbis conditor *Δάρδανος*, qui Iovis filius esse dicebatur, nominaretur. Sic etiam „Pergamos“ conditor urbis Pergami in Mysia sitae, describebatur cf. Preller.: Gr. Mythol. II, 469. Itaque derivativa etymologica, quam Curtius (K. Ztschr. I. p. 36) protulit, cum *Δάρδανος* formam praebere reduplicatam ratus ad radicem skriticam „dhar“, a qua etiam *Δαρειός* (*Ἐκτωρ*) derivatur, confugiat, deserenda esse mihi videtur. Skriticum „dardham“ cum firmum locum significet, non dubito, quin eadem notio urbium nominibus *Δάρδανος* et *Δαρδανία* insit, praesertim cum *Ἰλιος* et *Πέργαμος* eundem sensum amplectantur. Sed revertamur ad vocem *Φίλιος*. Ut vñu in vedicis hymnis arcem coelestem, nubibus cir-

cumdatam, describit, ita etiam apud Graecos antiquissimis temporibus urbi *Φίλιος* initimum conexum cum coelo intercessisse ut statuamus, nos monet ille mythus, qui Heraclem primum eversorem huius urbis describit (cf. Preller II, 234). Ut enim Hesionen, filiam Laomedontis, foedo interitu liberet, quem ei moliebatur monstrum marinum, quod Poseidon miserat, cum muris Ilii, Apolline adiuvante, exstructis, mercedem a Laomedonte propositam non accepisset, Heracles patri promittit, se filiam esse servaturum, si eos equos quos ille e Iove acceperit, adipiscatur; sed cum Laomedon, illo monstro interfecto, fidem non servet, Heracles, ut equos nanciscatur Ilium delet atque regem caedit. Heraclem in hoc mytho esse deum solarem, qui cum daemones tenebrarum vicerit eorumque arcem deleverit, lucem rursus recipit, — nihil enim aliud valent illi equi Iovis — mihi persuasum habeo, praesertim cum etymologia nominis „Laomedon“, quam infra proponam, hanc meam sententiam firmare videatur. Accedit aliud argumentum; Ilium enim urbem coelestem fuisse satis certe ea re efficitur, quod muri huius urbis ab Apolline atque Poseidone constructos esse mythus docet; hos autem muros nubibus contineri, quis est qui neget? Cum in hoc mytho urbis Ilii coelestis, ut ita dicam, naturae memoriam nondum ulla deleverit oblivio, in epica descriptione alterius excidii, huic urbi a Graecis parati, iam sedem et urbis et pugnae a coelo in terram translatae esse ut dicamus, nobis alia argumenta persuadent. Cum enim constet, raptum Helenae a Paride perpetratum fuisse causam belli, a Graecis contra Troianos gesti, sequitur, ut, si mythum, qui hoc raptu describitur, explicare possumus, eo adducamur, ut de summo argumento, quod Iliade continetur, rectum habeamus iudicium atque ut in epica Persarum poësi pugnam Ferêdunis contra Zohâkium tyrannum non re vera commissam, sed paulatim a coelo ad terram translatae esse vidimus, sic etiam in Graeco-

rum Iliade Homericæ, ut opinor, pugna coelestis, non terrestri describitur. In illo vedico mytho, quem supra brevi exposui, daemones, qui lucem in arce occultam tenent, „panayas“ (N. Sg. paṇi) nominantur. „Paṇi“ significat mercatorem, negotiatorem, praecipue illum, qui id, quod lucro improbo in rem suam convertit, iusto domino non restituere vult; quam ob rem hoc substantivum idem valet, quod „fur“; quo sensu amplificato eadem vox ad malum hominem et praecipue illos daemones, qui vaccas Indrae reddere nolunt, describendos adhibetur. cf. Benfey in K. Ztschr. VIII. p. 15. Bhtlgk. u. Roth Petersbrg. Wörterbch. IV. p. 389. Vox paṇi originem ducit a radice paṇ, cui inest notio negotiandi, commutando aliquid acquirendi, emendi. Verbum autem „paṇ“ e „paṇi“ derivandum esse satis certe demonstravit Benfey l. c. p. 17; cum enim radix „par“ in lingua skritica nonum flexionis ordinem sequeretur, prae critica lingua adiuvante ita in paṇ mutata est, ut e paṇi primum „paṇi“, deinde paṇ oreretur. Itaque in „paṇ et paṇis“ r, quod est stirpis, excidisse constat, quod adhuc servatum habemus in Graecorum verbo: *πέριημι*. Ad verbum skriticum „par“ (priyate) quod in par-n amplificatum esse modo demonstravimus, pertinet Graecum *πρίασθαι* cf. Curt. p. 246 quod, cum vocalis litera, quae est radice, amitteretur, e *πρίασθαι* debilitatum esse idem Benfey l. c. p. 19. ostendit. Iam cum meminerimus, regem Ilii Laomedontem Neptuno et Apollini mercedem propositam non dedisse, ab eodemque rege Heraclem Iovis equis defraudatum esse, deinde cum consideremus, Paridem, filium Priami et Laomedontis nepotem, Helenam, quam deam lucis esse postea demonstrabimus, raptu in suam potestatem redegissee, denique cum „*Φίλιος*“ = „*vīlu*“ arcem, ubi lux occulta tenetur, esse nobis in animum revocemus, non facere possumus, quin Laomedontem, Priamum, Paridem in Graecorum carmine epico vedicorum daemonum, qui nominantur „panayas“ et „dāsās“,

partes suscepisse dicamus. Idem esse munus, quo hi tres reges in Graeca mythologia funguntur, iam ea re efficitur, quod eos intima propinquitate inter se coniunctos mythus describit. Primum accedamus ad nomina „*Πρίαμος* et „*Πάρις*“ explicanda. Cum utrumque nomen ad radicem sanskriticam „par“, quam etiam sub „paṇi“ latere constat, referendum esse ostendere possim, non dubito, quin notio, quae voci „paṇi“ inest, etiam sub his Graecis nominibus occulta sit. Ut *πρίαται* pro *περ-ίαται* (cf. skr. priyāte pro pari-yāte) stare supra intelleximus, ita etiam *Πρίαμος* vices formae *Περ-ι-αμος* gessisse Aeolico *Πέργαμος* (cf. Christ.: Gr. Ltlehre p. 72) satis certe efficitur. Terminatio *αμος* eadem est, atque ea, quam iam invenimus in vocibus *Πέργαμος* atque *Δάρδανος*. Quamobrem illa etymologia, quae in ore populi versata (Volksetymologie!) Priamum a verbo *πρίασθαι* ita nomen accepisse statuit, ut post Ilium ab Heraclæ deletum soror Hesione fratrem Priamum e servitute redemisse dicatur, deserenda est (cf. Preller. II. 236). Videmus, hanc fabulam ideo fictam esse, ut nomini *Πρίαμος* etymologica explicatio afferretur. Si nomen „*Πάρις*“ respicimus, iam M. Müller: Vorlesgg. tib. d. Wissenschft. der Sprache II. Ser. p. 436. suspicatus est, *Πάρις* eandem esse vocem, ac „paṇis“; dicit enim: „*Und wie der sanskritische Name Panis das frühere Vorhandensein eines r anzeigt, so dürfte Paris selbst mit dem Räuber indentificirt werden, der die Saramâ in Versuchung führte*“; quam etymologicam derivationem certo fundamento non carere nunc satis constat, cum, quid de radice „paṇ“ eiusque notione iudicandum sit, supra ostenderit. Stirps *Παρ* in *Πάρις* eadem est, quam in lingua sanskritica linguæ n amplificatam voce paṇis i. e. par-ṇ-is contineri demonstravimus. Quamobrem etymologicam explicationem, quam Ushold: Geschichte des troian. Krieges p. 143 Anm. protulit, cum *Πάρις* i. e. *Φάρις* a radice *φα* skr. bhâ (lucere) derivandum esse putet,

iam ideo reicere debemus, quod Paris non est deus, qui lucem repraesentat, sed quod daemonum partes suscipit, qui luci insidias collocant. cf. M. Müller: Vorlesg. p. 574. Anm. 15. Accedit, quod lege literarum mutationis impedimur, quin hanc etymologiam veram esse statuamus. Curtio, qui p. 250 ad radicem Zendicam „par“ „pugnare“ cf. Iusti l. c. p. 185. confugit, ita ut Πάρης pugnatorem significet, non assentiri possum, quod res mythologicae nobis aliam explicationis viam ostenderunt. Spiegel (K. Ztschr. V. 394), qui hanc radicem „par“ „pugnare“ eandem esse statuit, ac „par“ cui inest notio transgrediendi, Πάρης atque Zendicum „pairika“ ab hac radice derivat. Quamquam non dubitandum est, quin verba „par“ „transgredi“, „par, negotiari“ atque „par, pugnare“ (rixas habere cum aliquo „Händel mit Jemand anfangen“), ad unam radicem pertineant (cf. Curt. p. 247.) tamen eadem de causa, qua Curtio non assensus sum, Spiegelii sententiam probare non possum. Illud Zendicum „pairika“, quod eodem modo, quo Σείρηνες, malos muliebres daemones, qui hominem seducunt (cf. Iusti p. 179. qui ab hac voce Παριζάντοι (Herod. VII, 96) derivare vult), intima affinitate cum radice „par“, quae sub vocibus „panis et Πάρης“ latet, coniunctum esse mihi videtur. Quae res cum ita se habeat, nihil nobis extat impedimenti, quin Πάρης et Πρίamos ab ea radice, quae sub voce sanskritica „pani“, occulta est, derivatum esse dicamus. Si spectamus ad nomen Λοιμέδων, etiam huius nominis etymologia mihi demonstrare videtur, illum regem in Graecorum mythologia daemonum indicatorum, qui tenebras repraesentant, munere functum esse. In vedicis enim hymnis illi daemones, qui ab Indra, lucis deo, devincuntur, etiam „dāsās“ dicuntur. cf. Bhtlingk u. Roth, Wörth. III. p. 604. Praeterea huic voci „dāsa“ inest notio servi. Quia sub hoc nomine eadem stirps latet, quae nobis servata est in antiquioris Persicae linguae substantivo „dahyâus“ (cf. Spie-

gel. Keilinschrift p. 202). (victa) „provincia“, „pagus“ atque in Zendicis vocabulis, „daqyu“ et „danhu“ (cf. Iusti l. c. p. 144, 145) quae eandem habent significationem, M. Müller (K. Ztschr. V. p. 151) ab hac notione profectus demonstrare conatur, „dāsās“, cum antiquitus „populos victos“ significaverit, postea eundem sensum descripsisse, qui inest vocibus „populus“ et „subiecti“ (Unterthanen). Quamobrem, cum d in l mutaretur, sanskritico dāsa Graecum λᾶός comparat, quod sensu priore servatum sit in λεωφόνης = dasyuhan (daemones interficiens), sensu altero inveniatur in voce λᾶός, att. λῆός, quae populum significat. Sed quin hanc derivationem Graeci λαός („populus“) rectam esse statuamus, nos impedit digamma, quod invenimus in formis Αναγήτα (C. I 1466) et Ααφοζόφων (Priscian I, 22). Itaque λαός, populus, a radice, quae inest sanskritico „dāsa“, separandum esse mihi persuasum habeo; sed, ut opinor, aliud λᾶός in Graeca lingua exstitit, quod cum idem valeret, quod „dāsa“, similitudinis causa a Graecis cum illo λαός, quod populum significat, semper confundebatur, ita ut etiam sensus „populi“ in illud δαός sive λαός transferretur quod daemones describit. Eiusdem similitudinis causa Graeci λαός et λᾶς (lapis) ad eandem stirpem referunt cf. Pind. Ol. 9, 41. cf. Ovid. Met. I, 414, neque aliter res se habet in lingua Gallica, ubi vox „palais“ et „palatum“ et „palatium“, quae substantiva a diversis radicibus originem duxerunt, significat. Hanc autem vocem, etiamsi palati notionem describit, a „palatio“ derivandam esse, eius formatione efficitur cf. Müller: Vorlesung. II. p. 238. Iam „dāsa“ eandem praebere vocem, ac λᾶός, mihi persuasum habeo. Quod Curtius p. 325. transitum literae d in λ in Graeca lingua inauditum esse firmat, ego λᾶός e δᾶός eadem ratione ortum esse puto, quo λάφνη e δάφνη prodiit cf. λάφνη, δάφνη Περγαῖοι (Hesyeh.) cf. Savelsberg: De digamma eiusque immutationibus pars II. p. 30. s in media voce non aliter atque in γέ-

νεος, quod e γένεος ortum esse constat, amittebatur, δ autem in δάϊος, δῆϊος („inimicus“) nobis servatum esse videtur, quem sensum etiam voce sanskritica „dâsa“ expressum invenimus cf. Bhtgk. u. Roth. l. c. p. 605, K. Zeitschr. V. p. 151. Quamobrem, cum a radice „δα-“ in δάϊω, „incendere“ profecti (cf. Curt. 209) difficillime ad sensum inimicitiae atque hostilitatis perveniamus, hoc δάϊος a radice „δα-“ separandum esse puto ¹⁾. Cum autem δ in λ transiret, facile fieri poterat, ut, cum hoc λάος = dâsas cum illo λαός, quod populum significat, confunderetur, etiam sensus primitivus, qui infuit voci λαός = dâsas, falsa etymologia populi ingenio inventa adiuvante e lingua evanesceret. Itaque Λαομέδων sensu primitivo significabat „rectorem illorum daemonum, qui apud Indos dâsâs“ nominabantur, quod nomen maxime aptum fuit ad eias naturam describendam, praesertim cum eum ab Heracle, deo solis, interfectum esse consideremus. Ad radicem sanskriticam „dâs“, cui inest notio laedendi, etiam refero vocem Graecam λεωργός (Frevler), quam cum Curtio p. 325 e λα-ωργός — λα autem e λαο i. e. λαός debilitatum esse videtur — ortam esse puto. Haec derivatio mihi simplicior esse videtur atque ea, quam Curtius l. c. protulit, cum ad radicem skr. „lash“ „cupere“ confugiat. Utrum etiam λαρινοὶ βόες (fortasse e λαῖρινός ortum), ad stirpem quae sub „dâsa“ latet, pertineant, ita ut significant boves qui in potestate daemonum sunt (cf. vaccas apud Indos) nec ne, hoc loco diiudicare nolo. Iam veteres hoc adiectivum et ἀπὸ Λαρίνον βουκόλον κλέψαντος τὰς Ἡρακλέους βοῦς, et a λαρός (cf. Curt. p. 324) derivabant. cf. Preller.: Gr. Myth. II, 296. Anm. 2. Iam cum constet, Φίλιον fuisse arcem coelestem atque Paridem munere eorum daemonum, qui lucem in illa arce occultam tenent, functum esse, He-

¹⁾ Ut video, etiam Schleicher: Comend. p. 70. δῆϊος ad skr. „dâsas“ referendum esse statuit.

lenam deam, quae lucem repraesentat, fuisse patet. M. Müller: Vorlesg. p. 431, ubi de vedica dea, quae nominatur Saramâ agit, hanc deam ad nostrum mythum illustrandum plurimum valere putat. De hac dea haec fere in vedicis hymnis narrantur. Saramâ, deorum canis, postquam vaccae a daemonibus, qui dicuntur „panayas“, occultae sunt, ab Indra mittitur, ut vaccas illas investiget Saramâ, postquam ad istos daemones pervenit, ab eis retinetur; tum vaccis non receptis redit ad Indram qui ipse profectus arcem, in qua vaccae a daemonibus occultae tenebantur, evertit. Utrum Saramâ re vera Auroram repraesentet, nec ne, hoc loco diiudicare nolo. Iam vir ille doctissimus et e singularum literarum mutatione et e natura, quae est vedicae deae, Helenam apud Graecos easdem vices gessisse colligit, quas apud Indos Saramâm suscepisse constat; quam sententiam certis argumentis non firmari mihi persuasum habeo. Helena enim non deorum nuntiae munere, quod Saramâ obtinet, fungitur, neque canis speciem prae se fert. Z, 344 enim, ubi Helena se ipsam canem nominat, nos non movere potest. Praeterea autem in carminibus Homericis Helena bellum effecisse describitur, ideoque luci est comparanda, quam ut recuperet, Indra daemonum arcem evertit. Accedit etiam aliud argumentum, quod comparationi nominum Saramâ et Helena repugnat. Ἑλένα enim apud Graecos firmis testibus digammo fuit instructa. cf. Ahr. Dial. I. p. 31. Sic docet Dion. Hal. I. c. 20. τοῦτο (δίγαμμα) δ' ἦν ὡς περ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνόμενον ταῖς πλαγίαις ὡς Φελένη. cf. Tryphon.: περὶ παθ. λεξ. §. 11 προστίθεται δὲ καὶ τὸ δίγαμμα παρὰ τε Ἴωσι — ὄιον ἀναξ, Φάναξ, Ἑλένη, Φελένη. Idem tradit Mar. Victorin. p. 2461. (Putsch): „ea (litera F) per se scripta non facit syllabam, anteposita autem vocali facit, ut Φάμαξα, Φεληβόλος, Φελένη.“ Denique Latino. „Belena“, quod Quinct. I, 4. 15 loco Graeci Φελένα usurpatum esse docet, lite-

ram Aeolicam in hoc nomine valuisse efficitur, id quod etiam linguis cognatis firmatur. Ea radix, quae sub sanskritico substantivo „svar“ (coelum) latet, (i. e. svar). apud Graecos duabus formis servata est. Altera est, cum v excideret, *σερ, σελ*, a qua stirpe *Σείριος, σέλας* ¹⁾, *σελίγη* originem ducunt; altera, cum s amitteretur, hanc speciem prae se fert: *σαρ — σελ*; a qua stirpe profecta derivanda sunt nomina *FHρα* ²⁾ et *FEλένα* ita ut *Ἥρα* et *Ἑλένα* vices τοῦ *σείρα* et *σελένα* gerant. Non aliter res se habet in Graeco verbo *σιγάω*, quod si *σίγα* vices τοῦ *σίγα* i. e. *σείγα* obtinet cf. Curt. p. 341. etiam literas initiales „s“ et „v“ duabus formis servavit. Itaque

σιγάω : *σειρ* (*σελ*) = *σίγα* (i. e. *σείγα*) : *σηρ* (*σελ*).

Hac etymologica derivatione satis certe efficitur, nomen *FEλένα* ad lucem coelestem referendum esse. Nam sanskr. svar. m. coelum, et radix „svar“ notionem lucendi describit. Ut video etiam Schweizer (K. Ztsch. II. p. 72.) ad sanskriticum „svar“ confugit ut nomini „Helena“ afferat etymologicam explicationem. Etiam apud Homerum vocem *Ἑλένα* vestigia reliquisse, quae si persequimur, litterae Aeolicae favent, colligere debemus e productione brevis syllabae in litteram consonam desinentis, quam in certa formula ante nomen *Ἑλένα* invenimus cf.

Γ 329. *δίος Ἀλέξανδρος, FEλένης πόσις ἠνκόμοιο.*

Eundem versum habes H 355. Θ 82.

cf. N 766. *δίον Ἀλέξανδρον FEλένης πόσιν ἠνκόμοιο*

Α 369. *ἀντάρ Ἀλέξανδρος FEλένης πόσις ἠνκόμοιο*

Α 505 *εἰ μὴ Ἀλέξανδρος FEλένης πόσις ἠνκόμοιο* ³⁾.

Longa syllaba ante *Ἑλένη* producitur X, 114.

1) cf. Curt. p. 485.

2) cf. p. 41. De nomine *Ἥρα* eiusque digammate in altera libelli particulo, quae prope diem in lucem prodit, fusius disputatum est.

3) De caesura semiguinaria quid iudicandum sit videas, quae in altera parte quaestionis legentur.

καὶ σοὶ ὑπόσχωμαι FEλένην

Quamobrem ea, quae Christ: (Gr. Ltlehre p. 173) de nomine *Ἑλένα* disputat: *Ἑλένα hat bei Homer keine Spur des Digamma hinterlassen*, certo fundamenta carent.

Quod M. Müller l. c. p. 437, auctore Prisciano I. p. 22 (quem locum tractat Ahr. Diall. I. p. 30). firmat, a Graecis etiam ibi digamma positum fuisse, ubi literae initiales s. et j. amissae erant, ita ut e digammo, quo instructae voces nobis a grammaticis traduntur, nihil certi de huius litterae vi concludere possimus, nisi linguae cognatae huic spiranti favent, non negare possumus, paucissimas voces in Graeca lingua inveniri, quae, nisi prave traditae sunt, hanc sententiam firmare videntur. Sin autem linguae cognatae ea, quae grammatici de digammo nobis tradiderunt, firmant, non est quod de eius auctoritate dubitationes moveamus. Eae voces, quas M. Müller attulit, ut digamma etiam munere spirantis litterae s fungi posse demonstrat, nihil valent. *σε* enim in voce *σεξ* = lat. sex non e s ortum est, sed per se bene stat. Nam *σεξ*, cuius digamma in tabulis Heracleensibus certis testimoniis firmatur cf. *σεξηρόντα, σεξακάνια, σεξτα* cf. Savelsberg (l. c. prs I. p. 7.) e *σεσεξ* originem duxisse forma Zendica „kshvas“ efficitur cf. Iusti: Hdbuch der Zdspr. p. 47. et K. Ztschr. X. p. 238. Lingua Latina, digammate amisso, s servavit eodem modo, quo graeco pronomini tertiae personae *σε* i. e. *σεε* latinum „se“ accurate respondet. Itaque cum in hac voce spirans labialis, ut ita dicam, suas gerat vices, Bekkero forma *σεξ* restituenda erat. B 587. 610. Α 109. E 270. 641. H 247. Ψ 266. 655. Ω 399. 604. Uno tantum loco Iliadis Ψ 741. haec vox digamma aspernatur. Si rationem habemus adiectivi *σένος, ένος*, quod Latino „senex“ comparandum est, haec vox nihil demonstrare potest, quod glossa Hesychii *γέννον — ἀρχαῖον* suspecta est cf. Curt. p. 279.

Itaque cum Helena et Saramâ non comparari de-

beant nobis statuendum est Helenam, quae causa belli fuit, lucem significare, atque esse „dâsapatnî“ i. e. eam quae in daemonum potestate versatur. Hoc adiectivo in vedicis hymnis ornatam invenis vocem „âp“ = aqua. Vaccae enim et lucem et aquas coelestes, quas eidem daemones retinent, significant cf. Rg. Vd. I, 32. 11.

dâsapatnîr ahigopâ: atishthan niruddhâ âpa:

Aquae in daemonum potestate versatae „ab Ahi custodiae, stabant vinctae.“

Idem sentit Sonne K. Ztsch. XV. p. 106. Usholdio. l. c. p. 144. qui, cum haec disputet: *Helena's Entführung durch Paris bezeichnet also Nichts Anderes, als was der Raub der Europa durch Zeus bedeutet, d. h. das Verschwinden des Mondes am Himmel* Helenam lunam significare statuit, ideo non assentari possum, quod Paridem in hoc mytho lucis deum esse voluit, idquod non fieri posse supra ostendimus. Iam cum Πάρις daemonem vedicum, qui dicitur „panî“ repraesentet, sequitur, ut in Graecorum exercitu deum solarem quaerere debeamus, quem in priore Ilii excidio Heraclem fuisse ostendimus; atque hunc fuisse Achillem, quis est, qui neget? Mors huius herois comparanda est fini Balderi, quem in mythologia Skandinavica easdem partes, quas Achilles apud Graecos obtinet, sustinuisse mihi persuasum est. Sed cum certi aliquid non habeam ¹⁾ quod de huius nominis origine disputem — eae enim etymologicae derivationes, quas viri docti adhuc protulerunt, (cf. Curt. p. 113) non multum valere mihi videntur ad eius naturam describendam — hoc loco de eius nomine atque natura non agere possum.

Iam cum quaestionem, a nomine Ἴλιος profectam, ad

1) fortasse Ἀχιλλεύς nomine continetur skr. ahi (gr. ἔχis, nomen daemonis, quem Indra interficit) atque dâsas = λῆος, ita ut nomen significet: Ahim interficiens, eodem modo, quo Indra Ahihan (Ahim caedens) nominatur. cf. Rg. Vd. 2, 13. 5.

finem perduxerim, demonstrasse mihi videor, etiam in Graecorum carmine epico pugnam tractari, quae cum a coelo ad terram revocata sit antiquitus descripserit illa certamina, quae dei lucis cum daemōnibus, tenebrarum principibus, inierunt, quibusque summum argumentum vedicorum hymnorum continetur; atque hac sententia ducti ad res mythologicas, quales describuntur in Iliade, explicandas, accedamus necesse est.

OSCAR MEYER DE VITA SVA.

Natus sum Hamburgi die XVI. m. Iulii anni h. s. XLIV Ferdinando et Bertha parentibus, quorum morte mihi ereptorum memoriam semper pio animo colam. Fidei addictus sum Christianae. Literarum primordiis imbutus per octo annos gymnasium patriae urbis frequentavi, quod Kraftio et Cornelio Müllerero directoribus illustrissimis florebat. Verno tempore anni LXIII maturitatis testimonio instructus Bonnam adii, philologicis studiis operam navaturus, in qua urbe per quater sex menses commemoratus Tubingam me contuli. Ibi per duo semestria versato mihi Bonnam reduci accidit, ut tuberculosi pulmonum afflictus per octo menses in exilium Maderense eicerer, quo factum est, ut pulmones bono aere quidem recrearentur sed nondum in bonae valetudinis conditionem redigerentur. Prodocentes audivi Gildemeisterum, Iahnium, Lassenum, Maurenbrecherum, Ritschelium, Schaeferum, Schopenum, Simrockum, Usenerum, Wachsmuthium Bonnenses, Michaelis, Rothium, Teuffelium Tubingenses, quibus viris omnibus gratias ago quam maximas, imprimis autem Gildemeistero, Lasseno, Rothio, quorum virorum doctissimorum saluberrima disciplina fructo mihi contigit, ut, quid e linguarum Indo-Germanicarum cognitione antiquae philologiae studiis efflorescat, intellexerim.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

- I. „Atrium“, quod Varro l. lat. V, 162 „ab Atriatibus Tuscis“ appellatum esse dicit, eandem stirpem amplectitur, quae latet sub gr. *αθρα* (in *ἀθραγένη* cf. Kuhn: Herabholg des Feuers p. 41) zend. „âtar“ (ignis) skr. „âtharvan“.
- II. Verbum *πορφύρω*, quo forma reduplicata continetur, ad radicem sanskriticam „bhur“ (*schnell sich bewegen*) referendum est, ita ut de sensu, qui inest versui Homérico Ξ 16. *ὡς δ' ὅτε πορφύρη πέλαγος μέγα κύματι κωφῆ* nulla possit moveri dubitatio.
- III. Graeca voce *κεραυνός* eadem stirps continetur, quae occulta est sub sanskritico „*caru*“, quod Indrae telum i. e. fulmen significat.
- IV. Nomen *Γελέοντες*, quod a radice „*γαλ*“ „splendere“ (cf. *ἀ-γάλλω* et Hesych. *γελεῖν, λάμπειν*) derivandum est, idem valet, quod Latinum „*Luceres*“.
- V. Heraclitus philosophiam suam non ex Zoroastri doctrina religionis hausisse existimandus est.

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a page number or reference mark.